



## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

De S. Michaële.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60588)

## DE SANCTO MICHAELE.

29. Sept.

## PUNCTUM PRIMUM.

**P**erfectos creavit Deus Angelos omnes, & Dux mi-  
 omnibus naturæ & gratiæ donis instructos; litia  
 sed Michaël singularibus dotibus ornatus est cœlestis  
*pra consortibus suis, & factus est admirabili po-* consti-  
*tens virtute ad faciendum verbum Dei, qui eum* tuitur.  
 cæterorum principem, & ducem exercitûs sui  
 constituerat; à quo boni Angeli, tanquam mi-  
 lites à duce, aut membra à capite moverentur.  
 Deum lauda pro muneribus sancto Archangelo  
 collatis. Confide futurum, ut tibi necessaria  
 auxilia suppediret, ad certandum viriliter, ¶ Eph. 4. 1.  
*dignè ambulandum ea vocatione, qua vocatus*  
*es. Offer te paratum ad ejus partes Michaëlis e-*  
*xemplo sustinendas, Adversus omnes insidias i-*  
*nimici.*

## PUNCTUM II.

**M**editare, ut Deus filium suum in carne olim Militat  
 assumenda hominem Deum proposuit sta- adversus  
 tim cœlestibus spiritibus; & dixit, *adorent eum* dæmo-  
*omnes Angeli ejus: utque renuente Lucifero* nem, &  
*& inferiores Spiritus ad suas partes trahente,* vincit.  
 Michaël Deo primus obsequutus est, & socios Heb. 1.  
 ad obsequendum plurimos excitavit. Itaque  
*factum est pralium magnum in cœlo: Michaël* ¶ Apoc. 12.  
*Angeli ejus preliabantur cum dracone: & dra-*  
*co pugnabat, & angeli ejus; & non valuerunt,*  
*neque locus inventus est eorum amplius. Nem-*  
 Tom. 11. Ll pe

pe de cœlo dejecti sunt à Michaële in inferos. Mirare Archangeli virtutem : victoriam illi tam nobilem gratulare. Agnosce eum fuisse legitime coronatum, qui tam legitime certaverit. Intuere etiam victos Angelos, & time. Si enim stellæ ceciderunt de cœlo ; quomodo tu præ-

*2. Pet. 2.* sumis de te pulvis & cinis ? *Si Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos: an te tam sæpe peccantem feret impunè ?*

## PUNCTUM III.

Pro quo, & quibus armis militat. *Heb. 2. 26.*

**C**Hristus homo Deus causa certaminis fuit : quem contempfit Lucifer, Michaël adoravit. Quanto magis nos & adorare, & amare Christum tenemur ? *Nusquam enim Angelos, sed semen Abraha apprehendit.* Certavit Michaël 1. humilitate : agnovit se suaque omnia à Deo esse ; quicquid erat, poterat, operabatur, Deo acceptum retulit. Ama igitur humilitatem : hæc enim vicit Luciferum, & Michaëlem coronavit. 2. His verbis: *Quis ut Deus,* bonos Angelos illustravit, prostravit malos. Hæc & tu frequenter meditare : cumque dæmon fascinare animum tuum tentabit oblatiis divitijs, voluptatibus, honoribus : dic illi: *Quis ut Deus ?* quid pretiosius, quid dulcius, quid gloriosius, quàm Deum possidere ?

*Sancte Michaël Archangele ! defende nos in pralio, ut non pereamus in tremendo iudicio. Fac ut te certantem imiter ; ut iisdem armis utar,*

tar, quibus ipse tam feliciter usus es : certa iterum pro me contra Luciferum, iterumque vince.

DE B. FRANCISCO 1. Ost.  
BORGIA.

PUNCTUM PRIMUM.

**C**onsidera. 1. Quomodo B. Franc. Borgia Mundo  
dux Candia inter honores, aulae delicias, renun-  
omnesque mundi illecebras vitam mundo con- tiat.  
trariam a puero duxerit, virtutibus atque in 1.  
primis pietati & mortificationi addictus. Un- Invita  
de colliges ubique & quacunq; occupatione saeculari  
tenearis, virtuti, si velis, semper esse locum. 2. 2.  
Ubi vidit deformem & foetidum Imperatricis I- Religio-  
sabella demortuae vultum, cujus venusta om- nem in-  
nibus antefuerat admirationi, tantus eum gressus.  
horror, rerumque caducarum fastidium inva-  
sit, ut vitam ab omnibus mundi curis liberam,  
& ubi primum per conjugem liceret, Religio-  
sa castra sequi decreverit. *Sar*, inquebat, *Prin-*  
*cipi mortali datum : nunc te immortalem se-*  
*quar.* Hic Dei bonitatem lauda, quae tam vari-  
is modis homines, teque in primis ad perfe-  
ctionem vocat.

PUNCTUM II.

**R**enuntiat. 1. Carni, cruentis verberibus ad Sibi re-  
Roctingentas saepe plagas ; cilicijs asperri- nuntiat.  
1.  
L 1 2 mis,